



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt XI. Labor Et Indvstria Sanctorvm Ad instaurandam Ecclesisticam
disciplinam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

CAP V T XI.

LABOR ET INDVSTRIA SANCTORVM AD
instaurandam Ecclesiasticam disciplinam.

§. **V**ERVM & hos vt ad pristinum sanctitatis nitorum reuocarent, & in Apostolice perfectionis studium denuo inflamarent sanctissimi doctissimiq; viri conati sunt, & ipsum religiosum ordinem cum clericorum statu coniunxerunt. B. Ambros epist. 82. & ser. 69. eā S. Eusebio Vercellensi Episcopo laudem tribuit, quod suos clericos ita instituerit, vt ab ijs duo pariter exigeret, & monasterij continentiam & disciplinam Ecclesiæ. *Hec, inquit, primus in occidentalibus partibus diuersa inter se Euſebius sanctæ memoria coniunxit, vt in ciuitate positus monachorum instituta teneret, & Ecclesiam regerer ieiunus sobrietate. Multum enim adiumenti accedit ad sacerdotis gratiam, si ad studium abstinentia & normam integratius iuuentutem aſtringat, & conuertantes intra urbem abdicet vſu vrbis & conuertatione.*

§ Verum præcipuus clericalis religionis & religioſi clericatus instaurator fuit sanctus Augustinus, non ſolum idcirco, quod, vt in eius vita narrat Possidius, intra Ecclesiam Clericorum monasterium constituerit, vbi una omnes mensa communibusque ſumptibus alerentur, nihilque cuiquam ſuum eſſet, itiſta rationem, vt loquitur, sub sanctis Apoſtolis primum introductam, & plurimos ad id vitæ genus permisit, ſed ideo etiam quod regulam Canonicorum moribus accommodatissimam conſcriperit, quæ paſſim à quamplurimis Congregationibus eſt acceptata & mirificè per S. Fulgentium Ruspenis Ecclesiæ Episcopum, per S. Prosperum Regiensem antiftitem, per Gelasium S. Pontificem, & alios Sancti Auguſt. diſcipulos ac ſectatores propagata, quam & magnus ille Patriarcha S. Dominic⁹ pro ſuo religioſiſſimo & Ecclesiæ utiſiſſimo ordine acceptauit. Idē præſtantifimum

*Primarius
clericatus
reformator
S. August.*

*D. Aug. re-
gula pluri-
mi ſecuti.*

Clericorum monasteria. simum vitæ genus monachisimum cum clericatu copulans in Gallias inuexit S. Martin. Turonensis Episcopus, vt in eius vita testatur Seuerus Sulpitius. Et S. Augustin.lib.8.conf.c.6. Erat monasterium, inquit, Mediolani plenum bonis fratribus extra vrbis mœnia sub Ambrosio nutritore. Et de moribus Ecclesiæ Cath. cap. 33. idem D. August. Vidi ego, inquit, diuersorum Sanctorum Mediolani, non paucorum hominum, quibus vñus presbyter præter vir optimus & doctissimus. Roma etiam plura cognoui, in quibus singuli g̃rauitate atq; prudentia & diuina scientia præpolentes, ceteris secum habitantibus præsunt, Christiana caritate, sanctitate, & libertate viuentibus: ne ipsi quidam cuique onerosi sint, sed Orientis more, & Pauli Apostoli auctoritate manibus suis se transfigunt. Ieiunia etiam prorsus incredibilia multos exercere didici, non quotidie semel sub noctem reficiendo, quod est vsquequaq; vñstatisimum, sed continuum triduum vel amplius sapissime sine cibo ac potu ducere, &c.

C A P V T XII.

CLERICORVM REGVLARIVM IN
deterius prolapso.

S. **V**ERVUM vt est natura vitiata ad bonum diffici-
lis, ad malum prona, his motibus quasi flucti-
bus agitata Canonicorum vita,rupto aggere extra re-
gularis disciplinæ alueum egressa est, qua de re Joan.
Funestam Trithemius in Hirsaugensi Chronico ad ann. 975. ita
faciem preloquitur: Sub Theodorico Archiepiscopo Treuirense Canonici
ferunt Tremaioris Ecclesie ibid. abiecta vita regulari, quam hucusq; in
uirenses, as- eadem Ecclesia maiores eorum continuauerunt, desierunt esse
filii mox regulares, & facti sunt nomine & cōversatione seculares. Quo-
alii, vt in arrum exemplo malo Canonici quoq; S. Paulini Treuirense, S.
dentem cā- Castor in Confluentia, Moguntinenses, VVormatienses, Spi-
delam mu- renses, & complurium aliarum Ecclesiarum, diuersis quidem
tempo-
ſcæ.